



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendium Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesisius**

**Sammeli, 1613**

De irregularitate ex homicidio voluntario & facti necessitate. c. 79. & 80.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

& membrum principale à corpore viuo realiter separant, quale est manus, pes, oculus, nasus, mamilla, & auricula, quæ omnia in corpore distinctum habent officium, irregulares sunt & dicuntur. Digitus autem non est membrum principale, quare digitum abscindens, non est irregularis. Homicidium triplex, aliud voluntarium, aliud ob sui necessariam defensionem, & casu perpetratum. Verum tum homicidium, tum mutilationis usum supponit, quã obrem infantes, furiosi, dormientes, vel noctu somniantes, ebrii si id præcauerint, si fortè occidant, irregulares esse nequeunt, cum nec proprie ab eis mutilatio, aut homicidium fieri dicatur.

*De Irregularitate ex homicidio voluntario, & facti necessitate. Cap. 79. & 80.*

**H**omicidium voluntarium est duplex, iustum, & iniustum. Ad iustitiam homicidii quatuor requiruntur, legitima potestas, iusta causa, iustus ordo, & iustus animus. Iniustum homicidium erit, si vnum horum deficiat. Vtroque autem contrahitur irregularitas, sed ex homicidio iniusto dicitur irregularitas ex delicto: ex iusto vero irregularitas ex defectu: quã nonnulli ad Bigamiam reducunt. Homicidium ex necessitate est, quãdo non spõte sed ob necessariam defensionem committitur. Hęc autem defensio triplex est, vitæ propriæ, vitæ proximi, & honorũ priorum temporalium. Propriæ vitæ defensio adhuc duplex, ineuitabilis, cū nimirũ aliter vita defendi nõ potest, & euitabilis, cū homo potest aliter se tueri. Homicidiũ comissum ob primã sui defensionẽ non inducit irregularitatem, sed illud tantum,

quod ob secundam committitur. Occidens, vel mutilans ob defensionem inevitabilem vitæ proximi non peccat, sed efficitur irregularis ex defectu. si verò non servavit moderamen, irregularitati addidit peccatum. Ob solam bonorum temporalium defensionem ecclesiasticis personis non licet occidere, nec laicis si res ablata erat parvi momenti, aut aliter res poterat recuperari, quod si non aliter, licite laici occidunt, sed erunt irregulares ex defectu. Religiosi autem ita propria bona defendendo, peccarent, & essent irregulares.

*De Irregularitate ex homicidio casuali. Cap. 81. & 82.*

**Q**ui operam dat rei illicitæ, qua deinde secuta est mors, siue per se, siue per alium, etiam si sit præter eius intentionem, & nullam prætermiserit